

*Výzva k české účasti na křížovém tažení<sup>32)</sup>*

„Vévodovi Vladislavovi a ostatním urozeným a všemu lidu českému clairvauxský opat Bernard posílá pozdravení v Kristu! Chci k Vám promluvit o věci Kristově, v němž je pravá spása. Pravím to proto, aby nehojnost píšícího omluvila u Vás vážnost Pána, aby ji omluvilo rozjímání o Vašem prospěchu, aby ji omluvila snaha lásky, jež je v nás. Jsem skromný, ale neskromně si žádám Vás všechny v lůně Kristově. Tato horlivost mě nutí, abych psal, ač bych se raději snažil živým hlasem vepsati do srdcí Vašich, kdyby byla možnost, jako nechybí vůle. Avšak, „duch zajisté hotov jest, ale tělo nemocno“ (Mat. 26, 41; Mar. 14, 38). Vyhověti nemůže křehké tělo touze duše, ani zemitá hmota nepostačí držeti krok s rychlostí ducha.

Ale proč si tu stěžujeme? Je vzdálena od Vás část naše, ale jen ta, která je bezcennější. Srdce naše však je Vám otevřeno, ó Čechové, srdce naše až k Vám dosáhlo, ačkoli obtížné tělo zdržují země mezi námi ležící. Slyšíš tedy Vaše veškerenstvo slovo dobré, slyšíš slovo spásy a obejmíš nabízenou hojnost odpustků zbožnými, smím-li tak říci, pažemi duchovními. Neboť ani to není doba podobná ostatním dobám, které až dosud minuly. Přišla z nebe

<sup>32)</sup> G. Friedrich, CDB I., č. 150.

nová hojnost slitování božího; šťastni, které zastihl na živu rok, v němž lze usmířiti Pána, rok odpuštění, rok obzvláště milostivý. Pravím Vám: neučinil tak Pán žádnému minulému pokolení a nevyžil tak přehojně na otce naše dar milosti. Vizte, jakého umění užívá k Vašemu spasení, pozorujte hlubinu lásky a žasněte, hříšníci! Buď to koná, nebo předstírá, jako by to bylo pro něho nutností, když chce pomoci Vaším potřebám.

Z nebe přišla tato rada, a není od člověka, nýbrž vzešla ze srdce lásky boží. Pohnula se a zatřásla země, protože Pán nebes začal ztrácet svou zemi, ve které ho bylo přes třicet let vidět žít jako člověka mezi lidmi. Svou zemi, kterou poctil svým narozením, osvětil zázraky, posvětil krví, obohatil pohřbem... Tuto zemi zaslíbenou jali se napadati nepřítelové, a nebude-li, kdo by se postavil na odpor, dychtivě sáhnou po samé svatyni našeho náboženství a pokusí se poskvrnit to místo, na němž pro nás Pán života zesnul v smrti, a znesvětili přesvatá místa...

Proč meškáte, synové kříže, proč se přetvařujete Vy, kterým nechybí ani síla tělesná, ani statky pozemské? Vezměte na sebe znamení kříže a papež, náměstek hoto, jemuž bylo řečeno: „Cožkoli bys rozvázal na zemi, budeť rozvázáno i na nebi“ (Mat. 16, 19), Vám udělí plně odpuštění všech hříšků, z nichž se se zkroušeným srdcem vyznáte. Přijměte nabízený dar a pospěšte předejít jeden druhého k nenávratné možnosti odpuštění...

A abyste znali, kdy, kudy a jak třeba táhnouti, pošlete plán cesty: O nejbližších velikonocích (tj. 20. dubna) vytáhne vojsko Páně a nemalá jeho část se rozhodla jít přes Uhry. I to bylo ustanoveno, aby nikdo neoblékl šaty pestré nebo šafránové, nebo dokonce hedvábné, ani aby nedával na kovové ozdoby koní žádné zlato, nebo stříbro, pouze na štít a dřevo sedel, která budou mít, až vytáhnou do bojů, budou smět dáti zlato a stříbro ti, kdož budou chtít, aby zazářilo na nich slunce a strachem aby byla rozeznána udatnost národů.

Měl bych podrobněji a obsírněji vše to vylíčit, ale máte u Vás moravského biskupa pana Jindřicha, muže svatého a učeného, který má být podle našeho přání tak rozvícen, aby se podle své moudrosti, která je mu dána od Pána, velmi horlivě snažil k tomu povzbuditi Vaše veškerenstvo. Poslal jsem Vám také opis listu pana papeže a jeho výzvu musíte nejpozornějším uchem vyslechnout a jeho ustanovení zachovávat. Buďte zdraví v Pánu!“

## EPISTOLA CDLVIII

AD WLADISLAUM DUCEM, MAGNATES ET POPULUM BOHEMIAE.

*Omnes ad expeditionem Hierosolymitanam invitat idemque negotium episcopo Moraviensi commendat.*

5 Duci Wladislao ceterisque nobilibus et universo populo Bohemiae, Bernardus, Claravallensis vocatus abbas: salutem in Christo.

1. **E**ST mihi sermo ad vos de negotio Christi, in quo est etiam salus vestra. Quod loquor, ut indignitatem personae scribentis excuset apud vos auctoritas Domini, excuset consideratio utilitatis vestrae, excuset quae in nobis est intentio caritatis. Modicus enim sum, sed non modice cupio omnes vos in visceribus Iesu Christi. Hic zelus urget ut scribam quod libentius viva voce cordibus vestris inscribere laborarem, si, ut voluntas non deest, suppeteret et facultas. Sed spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Obtemperare non potest corruptibile corpus animae desiderio, nec spiritus velocitatem moles terrena valet comitare. Sed 15 quid hinc querimus? Abest a vobis portio nostri, sed quae vilior est. Cor nostrum tamen patet ad vos, o Bohemi, cor nostrum usque ad vos dilatatum est, etsi corpus onerosum terrarum intercapedo detineat.

2. Audiatur ergo universitas vestra verbum bonum, audiatur verbum salutis, et oblatam indulgentiae copiam devotis quibusdam animae brachiis amplectatur. Neque enim simile est tempus istud ceteris, quae hucusque praeteriere temporibus: nova 5 venit e caelo divinae miserationis ubertas. Beati quos invenit superstites annus placabilis Domino, annus remissionis, annus utique iubilaeus! Dico vobis: non fecit Dominus taliter omni retro generationi, nec tam copiosum in patres nostros gratiae munus effudit. Videte quo artificio utitur ad salvandum vos; considerate pietatis abyssum et obstupescite, peccatores: necessitatem se habere aut facit, aut simulat, 10 dum vestris cupit necessitatibus subvenire. De caelo venit consilium hoc nec ab homine est, sed a corde pietatis divinae processit.

3. **COMMOTA EST ET CONTREMUIT TERRA**, quia caeli Dominus coepit perdere terram suam, in qua visus est et annis plus quam triginta, homo inter homines conversatus. Suam, quam honoravit nativitate sua, illustravit miraculis, dedicavit sanguine, sepultura ditavit. Suam, in qua vox turturis audita est, cum Virginis Filius castitatis studium commendaret. Suam, in qua primi apparuerunt flores resurrectionis. Hanc repromissionis terram coeperunt occupare maligni, et nisi fuerit qui resistat, ad ipsum inhiant religionis nostrae sacrarium, lectumque ipsum maculare conantur, in quo propter nos vita nostra obdormivit in morte, et profanare sancta 20 sanctorum, loca dico Agni immaculati purpurata cruore.

<sup>1</sup> Circa finem 1146 vel initium 1147, Spira Bernardus hanc ep. dictavit, quae affinitatem praebet cum ep. 363: *L'encyclique*, 282-288; Vac II, 270; Grill, *Der hl. Bernhard von Clairvaux und Morimond*, 107-109 <sup>5</sup> Wladislaus-Ladislav II, dux Bohemiae (1140-1148), dein Bohemiae rex, † 1174: *Recueil*, II, 329-330; *L'encyclique*, 282, n. 3

<sup>7</sup> 2 Tim 2, 10    <sup>10</sup> Phil 1, 8    <sup>12</sup> Mt 26, 41    <sup>13</sup> 1 Cor 15, 53    <sup>14</sup> Is 40, 12  
<sup>15</sup> 2 Cor 6, 11

<sup>3</sup> Ps 44, 2    Act 13, 26    <sup>6</sup> Is 61, 2    <sup>7</sup> Lev 25, 10    Ps 147, 20    <sup>18</sup> Ps 17, 8  
<sup>14</sup> Bar 3, 38    <sup>15</sup> Hebr 9, 18    <sup>16</sup> Cant 2, 12    <sup>20</sup> Ps 12, 4    <sup>21</sup> 1 Petr 1, 19

4. Audite amplius aliquid quod movere debeat quodlibet durum pectus hominis christiani. Accusatur proditionis Rex noster: imponitur ei quod non sit Deus, sed falso simulaverit quod non erat. Quis in vobis est fidelis eius, surgat, defendat Dominum suum ab impositae proditionis infamia; securum conflictum ineat, ubi sit et  
5 vincere gloria, et mori lucrum. Quid moramini, servi crucis? Quid dissimulatis vos, quibus nec robur corporum, nec terrena substantia deest. Suscipite signum crucis, et omnium, de quibus corde contrito confessionem feceritis, plenam indulgentiam delictorum hanc vobis summus Pontifex offert, vicarius eius cui dictum est: QUOD-  
10 CUMQUE SOLVERIS SUPER TERRA, ERIT SOLUTUM ET IN CAELO. Suscipite munus oblatum, et ad irrecuperabilem indulgentiae facultatem alter alterum praevenire festinet.

5. Rogo et consulo, ne propria quisque negotia Christi negotio videat praefere-  
renda, nec propter ea quae temporibus aliis potuerunt vel poterunt exerceri, illud  
omittat quod recuperari ultra non possit. Et ut noveritis quando, qua, quomodo sit  
15 eundum, paucis audite: in proximo Pascha profecturus est exercitus Domini, et pars non modica per Hungariam ire proposuit. Illud quoque statutum est ne quis aut variis aut griseis seu etiam sericis utatur vestibus, sed neque in equorum faleris auri vel argenti quippiam apponatur; tantum in scuto et ligno sellarum, quibus utentur, cum ad bella procedent, aurum vel argentum apponi licebit his qui vo-  
20 luerint, ut refulgeat sol in eis et terrore dissipetur gentium fortitudo. Copiosius haec et latius prosequi oportuerat, nisi quod habetis apud vos dominum Moravien- sem episcopum, virum sanctum, et doctum, quem exoratum volumus esse, ut se-  
cundum sapientiam, quae data est ei a Domino, diligentius super hoc universitatem vestram studeat exhortari. Exemplar quoque litterarum domini papae misimus vobis, cuius admonitionem intentissima debetis aure percipere et eius observare de-  
creta. Valete.

---

<sup>5</sup> Phil 1, 21      <sup>8</sup> Mt 16, 19      <sup>15</sup> in proximo Pascha: scil. die 20 aprilis 1147  
<sup>20</sup> 1 Mac 6, 39      <sup>21</sup> dominus Moraviensis: Henricus episc. Olomucensis: Grill *loc. cit.*, 108